an quia ego bonus sum; Sic erunt nouissi
mi primi, et primi nouissimi; Multi enim
sunt uocati, pauci uero electi; FR. IIII.
Sequentia sancti euangelii secundum Marcum. In illo temp. IX 29–36
Egressus ihs ibat per galileam; nec uo
lebat quemquam scire; Docebat
autem discipulos suos, et dicebat
illis; quia filius hominis tradetur in ma
nus hominum, et occident eum, et tertia
die resurget; At illi ignorabant uerbum,
et timebant eum interrogare; Et ueni
unt capharnaum; Qui cum domi essent,
interrogabat eos; Quid in uia tractaba
tis? Illi autem tacebant; Inter se enim
in uia disputauerunt, quis esset illorum
maior; Et residens uocauit duodecim, et
ait illis; Siquis uult primus esse, erit
omnium nouissimus, et omnium minister;
Et accipiens puerum, statuit eum in me
dio eorum; quem cum complexus esset,
ait illis; Quisquis unum ex huiusmodi pue
ris receperit in nomine meo, me suscipit;
Et quicumque me susceperit, non me sus

License: cc-by-nc – Müstair, Benediktinerinnenkloster St. Johann, XX/48 Nr. 1a-i, 23 – Evangeliary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-eb3a/1437/18991)